Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Constituit eum dnm domus suę: et principem
omnis possionis suę. Ut eruderet principes eius
sicut semetipsum: et senes eius prudentiam docere.
Et intrauit israel in egiptum et iacob accola fuit
in terra cham. Et auxit populum suum uehement:
et firmauit eum super inimicos eius. Conuertit
eos ut odirent ipsum et dolum facerent in
suos. Misit moysen seruum suum: aaron quem ele
git ipsum. Posuit in eis uerba signorum suorum: et prodigio
rum in terra cham. Misit tenebras et obscurauit:
et non exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas
eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum. Edidit
terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum. Dixit
et uenit cynomia et cynipes: in omnibus finibus
eorum. Posuit pluuias eorum grandinem: ignem de
uorantem in terra ipsorum. Et percussit uineas eorum
et ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.
Dixit et uenit locusta et bruchus: cui non erat
numerus. Et comedit omne fenum in terra eorum: et comedit
omne fructum terre eorum. Et percussit omne primogeni
tum in terra eorum primitias omnis laboris eorum. Et
eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribu
bus eorum infirmus. Letata est egipt: in profectione eorum:
quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubem
in protectorium eorum: et ignem ut luceret eis per noctem.
Petierunt et uenit coturnix: et pane celi satu
rauit eos. Disrupit petram et fluxerunt aque: abie
runt in sicco flumina. Quia memor fuit uerbi sui
sancti: quod habuit ad abraham puerum suum. Et eduxit
populum suum in exultatione: et electos suos in letitia